Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

epitasis detractio:

Sed ut ΕΠΙΤΑΣΙΣ fortitudinis indicet.
Additum: et tetigit eum & ministrabat eis
illa manu ministrabat qua & tacta fue
rat & sanata. Vespere autem facto obtu
lerunt ei multos demonia habentes & eicie
bat spiritus verbo. & omnes male habentes cura
bat [illegible] non mane nec meridie. reducuntur
per eam curantur quando sol occubitu
rus est quando granum tritici
interra moritur ut multos
fructus afferat.

XVIIII. Et accedens unus scribarum & ait
illi magister sequar te quo
cumque ieris. & dicit ei ihs. vulpes foueas
habent & volucres caeli nidos. filius autem
hominis non habet ubi caput reclinet.
Scriba iste legis quia tantum litteras nouerat
occidentem. si dixisset domine sequar te quo
cumque ieris non fuisset repulsus a domino sed
quia magistrum unum de plurimis estimabat
& litterator erat quod significantius greece
dicitur